PARATITLA

SIVE

SVMMARIA

ET METHODICA EXPLICATIO

DECRETALIVM

D. GREGORII PAPÆ IX.

AVCTORE

ANDREA VALLENSI

vulgò DEL VAVLX, ANDANENSI,

I. V. D. & in Alma Academia Louanienſi SS. Canonum Profeſſore Ordinario.

Editio quarta & vltima, poſt tres Louanienſes.

Opus nouum, in Scholis ac Foro, Iuris vtriuſque atque etiam S. Theologiæ ſtudioſis vtiliſſimum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

ANTVERPIÆ

Apud PETRVM BELLERVM.

M. DC. XL.

AD LECTOREM

CVM omnium non modò Philoſophorum, ſed, & Iuriſconſultorum, cæterorumq; eruditorum ſententia receptum ſit, vt in tradendis & addiſcendis diſciplinis à primis principijs atque elementis, & ab ijs, quæ vniuerſaliora ſunt, initium ſumatur, hincque paullatim ad altiora procedatur, donec ad vltima ſcientiæ vel artis perueniatur faſtigia; nec aliter ſcientiæ vel artis alicuius ſtudioſi, quàm his gradibus ac vijs, ad veram ac ſolidam perfectamque eruditionem pertingere valeant: iure optimo à Sereniſſimis Belgij Principibus conſtitutũ fuit, vt in hac noſtra Louanienſi Academia non minùs ad ſacrorum Canonum ſcientiam adſpirantibus, quàm ad Legum cognitionem animum applicantibus, Inſtitutiones prælegerentur: quæ non modò prima Iuris Pontificij elementa & principia contineant, ſed totum velut corpus atque vniuerſalem illius cognitionem exhibeant, & quarum ductu Iuris candidati, ne à recto ſtudiorum curſu in auia perducantur, veluti Theſei quodam filo ad altiora eiuſdem ſcientiæ penetralia feliciter contendant.

Cùm verò ea prouincia mihi demandata eſſet, omneque ius, quo vtimur, verſetur aut circa perſonas, aut circa res, aut circa actiones, & iudicia, cœpi primò quidem totum ius Pontificium Inſtitutioneſque in tres partes, quatuor tamen libris ad inſtar Inſtitutionum Imperialium comprehenſas, diuidere: in quarum prima, præmiſſis nonnullis de Iuris deriuatione, eiuſque diuiſionibus, ſubdiuiſionibus, membrorumq; ſingulorum naturâ, proprietate, conditionibus, atq; inter ſe tum comparatione tum diſtinctione, de perſonis agebam Eccleſiaſticis; in ſecunda de rebus in tertia de actionibus & iudicijs, Eumque ordinẽ pluribus annis ſecutus ſum; donec, quibuſdam ſuggerentibus ac ſuadentibus, ſatius fore magiſq; è re iuuentutis, ſi ordinẽ amplecterer Decretalium, quo iuuentus Iuri Pontificio datura operam, librorum ac Titulorũ ordini & continuationi aſſueſceret, cœpi deinceps, obſecutus horum conſilio, ea quæ pro maxima parte diuerſo ordine

ac me-

ANDREÆ del VAVLX, I. V. D.

& SS. CANONVM Profeſſoris Ordinarij,

PARATITLA

SIVE

SVMMARIA

ET METHODICA EXPLICATIO

DECRETALIVM

D. GREGORII PAPÆ IX.

PROOEMIVM.

1. *Iuriſconſulti diligentiſſimi nominum & etymologiarum inueſtigatores.*
2. *Iuris acceptiones & deriuationes variæ.*
3. 4. *Ius à Iuſtitia rectè dici, ſecundum Iuriſconſultos.*
5. *Satiſfit Grammaticorum regulæ & obiectioni.*

QVIA, teſte Vlpiano Iuriſconſulto in *l. 1. D. de Iuſtitia & Iure*, Iuri operam daturum priùs noſſe oportet, vnde Iuris nomen deſcendat;

* Eaq; perantiqua ſemper fuit cùm Philoſophorum 1
tum Iuriſconſultorum conſuetudo, vt diligentiſſimè inquirerent etymologiam nominum, & cur vnaquæque res hoc aut illud nomen ſortita eſſet; eò quòd nomina, ſi rectè impoſita ſint, ex eodem naturæ fonte, quo ipſarum rerum definitiones, hauriantur, ſintque rerum ipſarum cognoſcendarum inſtrumenta: non abs re me facturum putaui, ſi acturus de Iure Cano-

SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPVS Dei gratiâ totius Hiſpaniæ vtriuſque Siciliæ, Indiarum, &c. Rex Catholicus, Sereniſſimus Belgarum Princeps, diplomate ſuo ſanxit, Ne quis præter PETRI BELLERI Bibl. Antuerpienſis voluntatem, librum, cui nomen, ANDREÆ VALLENSIS *Andanenſis* I.V.D. *& in alma Vniuerſitate Louanienſi SS. Canonum Profeſſ. Ordinarij Paratitla ſiue Summaria & Methodica explicatio Decretalium D. Gregorij Papæ IX.* intra nouennium in Belgio imprimat, aut alibi locorum impreſſum in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venalémve exponat. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum, & aliâ graui pœnâ multabitur: vt latiùs patet in litteris datis Bruxellæ anno 1640. die 9. Februarij.

Signat

LOYENS.

CENSVRA.

P*Aratitla hæc Cl. D.* AND. VALLENSIS, *quæ Decretalium potiora paucis conſtringunt, catholicæ fidei conformia ſunt. Actum Louanij* 14. *Octob.* 1630.

MART. LVNAECENIVS S.Th. Lic. & Profeſ. Ord. Apoſtolicus ac Regius Librorum Cenſor.

ANTVERPIÆ,

EX

OFFICINA BELLERIANA

PETRI BELLERI.

M. DC. XL.